Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Anno domini Millesimo
Quadringentesimo Septuagesimo Tercio Die
vero lune Decima Prima Mensis Iunii Ponti
ficatus eiusdem Sanctitatis Domini
Anno Secundo Nobilis Mulier
Dorothea vxor Nobilis viri Iohannis medathi de Lostemberk pri
dori etatis sue vigintisex annorum vel circa testis medio eius iuramento ad
sancta dei euangelia prestito eidem primitus ad memoriam diligenter reducto
ac de pena periurii et testis falsidici clare admonita deposuit et respondit
prout sequitur et primo
Super primo articulo incipiendo Item quod dictus clare memorie Leopoldus ie Exa
minata testis dixit articulum fore verum causam reddit quia multoties a
senioribus suis et diuitibus utriusque sexus hominibus ita ut articulatur audiuit
Super Secundo articulo incipiendo Item quod fuit vir iustus dixit se testis
nil scire quia de eodem articulo non inquisiuit
Super Tercio articulo incipiendo Item quod fuit vir humilis ie dixit se sepius
audiuisse a senioribus suis ipsum Leopoldum fuisse mitem iustum et pium ut ar
ticulatur
Super Quarto Quinto articulis ie vsque ad decimum octauum inclusive
Examinata testis respondit ut ad septimum
Super Decimonono articulo incipiendo Item quod post mortem suam claruit ie
testis examinata reddit articulum fore verum quia quamplurima miracula et
diuersa sepe diuersis personis opitulata est ut a plurimis personis et senioribus
suis audiuit Interrogata quomodo fiunt miracula facta esse et quo ano
quo die quo loco et quibus precibus et ad cuius sanctorum et quibus verbis
interpositis et que sint norma illorum ita quod miracula facta dicuntur an eos
antea cognoscebat et utrum vaderent eos antea infirmos et ex qua infir
mitate et quo tempore fuerunt infirmi et utrum ita infirmos adhibite
fuerint medele et quomodo fuerunt eisdem et utrum tales infirmi ita quos
miracula facta dicuntur vsque sint sani Testis respo
dens dixit qualiter ipsa de Anno domini millesimo quadringentesimo
septuagesimo secundo tempore paschali Wiennensis pipinans et in loco
et grundis decumbens totaque carnis lassitudine eius corpore punctis nec luci
vidit nec eius maritum et cognatos tres quos tunc habebat cognoscere
per medium annum nec ita minus poterat vno ad tantum deuenit sic